

EXPLICATIO VERSUS XIV.

עָרַפְתָּ *eripuisti*:] gratiosâ nimirum ac mirificâ providentiâ tuâ operatione. De verbô hîc *Psalm. XVIII, 1.* Præteritum pro futurô adhibetur ob indubiam spei certitudinem, cui futura æquè plana, ac præterita.

מִמּוֹת *è morte*:) i. e. lethali periculô, ubi morti jamjam eram mancipandus. Metaphora à carcere, cui jamjam inclusus quis est, aut etiam à victore, captivum jam catenis suis constrictum tenente. Confer etiam *Psalm. CXVIII, 18.* castigavit me Dominus, sed morti non tradidit me. item *Jos. II, 13.* eruetis animas nostras (sunt verba Rahab) *Psalm. XXXIII, 19.* נַפְשֵׁיהֶם *animas ipsorum*: item *Psalm. CXVI, 8.* *Prov. X, 2. XI, 4. Hof. XIII, 14.*

אֲנֹנִי *annon?*) i. e. imò, certissimè, ut *vers 9.* Confer *Psalm. LIV, 2.* Ita Campensis: certo certius pedes meos tu continuisti.

רַגְלֵי *pedes meos*:) scilicet eripuisti: Verbum enim repeti debet è membrò anteriore. *Pedum* verò titubantium meminit ad describendum ruinâ in calamitates aut in voraginem excidii totalis propinquitatem. Quorsum calcaneorum observatio, v. 7. Confer *Psalm. XXXVIII, 17.* בְּמִיֹּטִי *dum vacillat pes meus*, super me magnificent, vel mihi insultant, *Psalm. CXXI, 3.* non dabit in commotionem pedem tuum; item *Psalm. CXVI, 11.* & *CXL, 5. XCIV, 18.*

מִדְּרוֹ *ab impulsione*:) h. e. impediisti hostem incurfantem, ne titubantes meos impelleret pedes, meque vacillantem sic prorsus prosterneret; ut *Psalm. CXVIII, 13.* דְּרֹתַי לְנַפְוֹתַי *Psalm. xxxv, 5.* angelus Domini impellat eos in viâ tenebrosâ ac lubrica, item *Psalm. CXL, 5.* cogitarunt impellere *פעמי*. & *Psalm. xxxvi, 13.* ibi cadunt iniqui, *דרוֹ* impelluntur, ut surgere nequeant.

לְהַהֲלִיךְ *ad ambulandum coram Dominò*:) h. e. ut in mortalitate hac conservatus diutius, adhuc invigilare queam cultui sacro aliisque ad parem pietatis promotionem prodesse. Verbum *הֲלִיךְ* in Hithpael frequentativum accipit sensum, ut vidimus *Psalm. xxvi, 3. xxxv, 14. XLIII, 2. xxxix, 5.* Phrasis autem *Ambulare coram Deò*, notat sincerum Dei cultum, quando omnia nostra dicta, facta ac cogitata ad Dei omnipræsentis voluntatem componimus, eumque continuo reveremur: qualis tribuitur Noacho *Genes. VI, 9.* Abrahamo, *cap. xvii, 1. xxiv, 40.* Jacobo, *cap. XLVIII, 15.* Enocho, *cap. V, 22. 24.* Hiskia, *2. Reg. XX, 3.* Davidi, *Psalm. CXVI, 9.* Vulgatus LXX. & Syrus: ut placeam coram Deo.

בְּאוֹר *in lumine viventium*:) opponitur hoc tum tenebris impuræ vitæ ac errorum extra statum gratiæ, tum caligini sepulcri ac inferni post hanc vitam; utrobique enim mera est mors ac caligo. Sic ambulare in luce, Christò, *Job. XII, 35. Jof. IX, 2.* instar filiorum lucis *Ephes. V, 8. Job. I, 7.* Confer *Psalm. IV, 7.* de lumine vultus, item *Psalm. xxxvi, 16.* in lumine Dei videre lumen; & *Psalm. CXII, 4.* exoritur lux justis &c. Nimis jejunè igitur *Piscator* de luce solis, quâ hic fruimur.

USUS PRACTICUS E VERSU I.

(1) Columbx non rarò assimilatur pius ob meticolositatem, simplicitatem, pericula &c.

A (2) Obmutescimus tum mali magnitudine, tum amore patientiæ, &c.

(3) Elongamur à patriâ nostratibus, ob persecutio- nis vehementiam, &c. L. de Cruce, exilio. &c.

(4) Pericula inter diverse fidei homines dantur bene pauca. De apprehensione, carcere, libertatiq; ad- emtione, videm in L. de cruce.

USUS E VERSU II.

(1) Miseratio divina omnis salutis nostræ origo atq; fundamentum. Excludit illa omne meritum de congruo & condigno.

(2) In immensum sæpe crescit præva hominis cupiditas, succensa semel à demone, anhelat, vix respirare potest, præ nimia ira perimendiq; desiderio: hinc premit, depascitur: vid. præc. v. ix. & x.

(3) Memento, te esse Enosch, hominem fragilem, pro- pediem judici sistendum.

(4) Si experiaris hujusmodi anxietates ac pressuras, recordare Davidis fideliumq; plurimorum tam V. quam N. T. quibus assimilatis imò Filii Dei ipsius.

USUS E VERSU III.

B (1) Odia non decrescunt, sed ut plurimum quotidie incrementa capiunt.

(2) Non sufficit, apertis affligi hostibus, accedunt insuper clancularii infidiatores, simulatores, amici fa- cti, &c.

(3) Communiter accedit Fastus, dum pius in simplici- tate deluditur, oppugnatur, &c. vid. *Psalm. XLIV, 23.*

USUS E VERSU IV.

(1) Timor pius obtingit multiplex. Ne dicamus de Deo, quem timent filialiter, timorem incutiunt modo demones, foris atque intus graviter tentantes, modo ho- mines, modò creatura alia.

(2) Remedium timoris est Fiducia in Deum, tan- quam creatorem, redemptorem, regentem, &c.

USUS E VERSU V.

(1) In verbo divino requiescimus securissimè, in- super habuis omnibus rationis nostræ objectionibus, Verbo huic non deest vis celestis corroborans, Spi- ritus Sanctus spiritui nostro subveniens, Rom. VIII, 16. &c.

(2) Nostrum est, gloriari atque celebrare hoc Dei verbum gratiosum, tanquam infallibile, certo adimplen- dum porrò, &c.

(3) Fiducia & verbum Dei coherere debent nexu indissolubili. Sine verbo fiducia est supersticio atque temeritas: verbum sine fiducia est medicamentum sine usurpante.

(4) Timor superandus virtute Spiritus, utcumque obruat quandoque nimis fortiter: 2. Cor. IV, 16.

(5) Omnis caro fenum & flos agri: quid metueri- mus? quid caro in relatione ad Deum? quid nobiles, principes ac reges universi? caro mox putrefacienda, Conf. Actor. IV, 19. V, 29. Dan. III, 18. 1. Macc. II, 19.

USUS E VERSU VI.

(1) Oppugnatio ac refutatio sermonum no- strorum non turbabit pietatis sincerum studium: ob- tinuit hic mos inde à primordiis ecclesiæ. Quid in hoc casu faciendum ministro ecclesiæ, passim docet Paulus in epistolis ad Timoth. & Titum. Privati vel ta- cent, vel modestè declinant, vel factò ipso consulant, &c.

(2) Co-

(2) Cogitare
gno tabulam lep

USU

(1) Conspiratio
reca non est: vid.

(2) Inlidix occu
fina Dei præsidio, au
speranciam.

(3) Alterius ex
mialio equiparatur

USUS

(1) Iniquitas ho
pudat, ut ne & ipsi
comer.

(2) Dei est calcar
erere. hunc ergo
(3) Contra popu
puro iratam Dei

quam iudex justus, p
en, pñt ecclesia a

(1) Deturbatis
mamentum, agritu
ad fœuri seculi.

USUS

(1) De fugâ
V. 13.

Numerantur
ti, etque lacrym.

(2) Enamfi caro su
ma in scriptis tui
ne: omnino ita e
am: Matth. Y

(4) De lacrymar
foc. XXXV, n. Ju
II, 8.

USUS

(1) Iam progressus

C

Post titulum,
modusque c
tenditur.

Peritum (a
Relationes: (1)

(2) Sub umbrâ alar
omne circumsta
tu: ibid. (4) in
alique me ambie
curam cœlitus j
te tuam: v. 4.
mea in medi
vates; inter mer
parum pessimari

EXPLIC

Ne p

Ne p

Ne p

Ne p

Ne p

Ne p

Ne p

Ne p

Ne p